



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 58. Pretiosa Ignatii mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

signum assererent, unde obitum inter- **Sæc. XVI.**
pretari liceat. **A.C 1556.**

§. LVII.

Ignatii præparatio ad mortem.

Postea spectabiliores hujus Collegii **Orland. n. 95**
tres, qui apud Generalem divorce- **& 96.**
bantur, inde tardius recedebant, atque *Maffæus vi-*
Ignatium solum relinquebant, spe freti, *ta S. Ignat.*
quod a nullo turbatus eo tranquilliori **l. 2. c. 23.**
quiete frui posset: ipse vero totam eam
noctem cum Deo suo dulcissime agens
insumebat, atque altera die de mane
iidem Patres ejus cubile ingredieban-
tur, qualiter noctem transegisset, scisci-
taturi: verum inveniunt illum jam ani-
mam pene quietissime exhalantem, at-
que in agone constitutum.

§. LVIII.

Pretiosa Ignatii mors.

Ad inopinati hujus casus rumo-
rem turmatim omnes concurrunt,
atque ægroto medicamen afferre festi-
nant, rati, illum non nisi mentis deli-
quium fuisse passum: attamen sanctus
Vir linquentem animam revocans mo-
ritura voce respondit: „Frustra sunt
„humana medicamina: „his dictis ad
cœlum oculos elevans, junctisque ma-
nibus Iesu nomen ingeminans placidissi-

Sæcul. XVI. me inter filiorum suorum brachia expi-
A.C. 1556. ravit, prima ab ortu solis hora, eique
 hoc anno dies vigesima prima Julii, quæ
 erat feria sexta, exitialis extitit, cum
 annum ætatis suæ sexagesimum quin-
 tum ageret, & fluxissent post factam
 conversionem triginta quinque anni, ac
 sedecim post fundatam Societatem suam,
 quam per universum ferme Orbem dif-
 fusam, atque in duodecim Provincias
 divisam cernebat, ac tum plusquam cen-
 tum Collegia præter Professorum domos
 numerabat.

Vix mortis hujus fama per Roma-
 nam urbem volaverat, cum illico virum
 sanctum fuisse mortuum omnium ora
 proclamarent: postea corpus ejus dis-
 cabatur, ubi viscera pene adusta, jecur
 induratum, ac in eo tres lapilli in-
 niebantur: his peractis ejus cadaver, ut
 populi pietati satis fieret, aliquando ex-
 ponebatur, cunctis illud cernere, ejus-
 que manus osculari gaudentibus. De-
 dum sepultum fuit in Professorum
 domus Ecclesia ad latus dexterum aræ
 maximæ, eademque die Benedictus Pal-
 mius, qui in eadem Domo morabatur,
 orationem funebrem habuit.

§. LIX.

*Pater Lainesius in Vicarium Genera-
 lem electus.*

Post

